

§. 25. Quoniam autem causae efficientes variae et multae sunt, atque earum actio, quae in corpore agit, varia est (b); ergo corpus quoque varia vi motuum et resistantiae iis resistit ad matrandum et judicandum (§. 20.) Hinc symptomata quae ex utrisque podeunt, multum diversa sunt, et omnino varia (§. 22.) signa diversiformia, forma etiam uniuscujusque morbi multum diversa est. Atque siquidem efficiens hoc acutum sit, et celeriter cum vehementia agens, et brevi tempore, atque resistantia etiam huic adaequata sit; morbus tunc acutus vocatur. Sin vero hoc efficiens hebes fit, et tarde valdeque debiliter agens, et longo tempore, et resistantia quoque talis fit, longus et diuturnus tunc appellatur morbus. Qui nunquam ulterius progreditur, nec incrementum cum tempore capit, nisi vel negligatur a principio efficiens tamquam iners, vel fomes acutus intus remaneat (§. 17.) (c), quod saepius quantum scio et multis contingit.

## §. 26.

(b) id. ib. L. I. p. II. sect. II — V. (c) id. ib. L. II. p. I. sect. III.  
§. 4. seq.